

630 !!!
!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!¹ et imp. Caes. | M. Aur. Valerio Maximiano [P. F.]¹
invict. | Aug., p. m., trib. pot. VIII², cons. VI³, p. p., | procons., et Flavio
Valerio | Constantio et Galerio Valerio Maximiano nobi[liss. Caess.] | nostri
consti . . .⁴

Lorillae in Baetica ubi videtur fuisse Olaira, nunc Sevilla (II 4439 vidit Huebner). — 1) Diocletiani nomen funditus erasum est, Maximiani ita ut pleraque adhuc legantur. Maximiani statuas revulsas et imagines deletas esse, cum is iussu Constantini necatus esset, narrat auctor de mort. pers. c. 42 (cf. Euseb. hist. eccl. 8, 13. vit. Const. 1, 47); addit ille simul et Diocletiani statuas passim deiectas esse; quae narratio huius tituli rasuris confirmatur. Sed praeterea tituli docent etiam in Galerii memoriam simili modo saevitum esse. In Africa potissimum ex Diocletiani collegarumque nominibus saepe Constantii solum nomen illaesum mansit. Cf. Mo. Eph. ep. I p. 123 seq. Ceterum reperiuntur etiam tituli communes quattuor illorum imperatorum, in quibus unius Galerii nomen est erasum (N. 636). — 2) Videtur significari non annus 292 p. Chr., sed, non connumerato anno quo Maximianus Caesar tantum fuit (N. 617), a. 293. — 3) Consul sextum Maximianus fuit anno demum 299; fortasse debuisset esse cons. IV, et numerus V, qui postea additus videbatur Huebnero, insertus est loco non suo (Mo.); consul autem quartum fuit Maximianus a. 293, ita ut titulus positus esse possit hoc ipso anno. — 4) Fuit sine dubio, ut supplevit Mo., consti[tuti]; ultimis vocabulis additis per anacoluthiam indicavit scriptor, Galerium et Constantium modo Caesares creatos esse. Constituti autem esse videntur Caesares Galerius et Constantius kal. Martiis a. 293 (cf. infra N. 642 not. 8).

631 I. o. m. | conserva|tori d. n. imp. | C. Val. Diocleti[ani invi]cti
[e]t¹ | semper fel. Aug., | Valerius Florus v. p. p. p. Num.², numini maiestatique eorum dicatissimus | posuit, curante Iul. Lambesio cur reip.

632 [Her]culi Aug., | conservatori | d. n. imp. M. Aureli | Valeri M[a]-
x[imiana]ni inv[icti ac sem]per¹ felicitis Aug., | Valerius Florus | v. p., p. p. Num.², numini maiestatique | eorum dicatissimus posuit, | curante | Iul. Lambesio | curatore rei p.

633 Genio virtutum, | Marti Aug. con|servatori [Galer.] | Valeri Maxi-
mi[ani]¹ nobilissimi | et fortissimi Caes., | Valerius Florus | v. p. p. p. Num.², numini maiestatique eorum | dicatissimus posuit, | curante Iulio | Lambesio cur. | rei publicae.

Thamugadi (VIII 2347. 2346. 2345). — 1) Nomina imperatorum (omnia, quae punctis subiectis notavimus), erasa (cf. N. 630 not. 1). — 2) Vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae (Num. litteris in tribus hisce titulis contignatis, teste Wilmannsio; Renierus legerat N. M., intellegens praesidem provinciae Numidiae Mauretaniae). — Una prostittit sine dubio titulus dedicatus nescio cui numini conservatori Constantii.

634 Herculi Augusto | Iovius !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!¹ Augg. [e]t² | Her-
culus et Iovius nobb. Caess.

Thessalonicae (Kinch Parc de triomphe de Salonique, Paris. 1890 p. 10 not.). — 1) Erasa esse verba et Herculus intellexit Kinch. Nota etiam in Oriente memoriam